

Vg
5734





22. 190.
22. 190. 36

Vg
5734

Q. B. V
RECENS CREATIS XXXII
SAPIENTIAE ET INGENVARVM ARTIVM
DOCTORIBVS
SVMMA HONORVM ORNAMENTA
GRATVLATVR

SIMVL ET
OB VINDICATVM A BARBARIA
PHILOSOPHIAE DECVS

D. MARTINI LVTHERI
DIVINA SVA ELOQVENTIA IN VVLGVS IGNOTA

DIVVM FERE SVPERANTIS PAVLLVM
MEMORIAM CARPTIM REPRAESENTAT

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS

POTENTISSIMI SAKMATARVM REGIS AC PRINCIPIS
EL. SAXONVM CONSILIARIVS GRAEC. LITER. PROF. P
H. T. ORDIN. PHILOSOPHOR. DECANVS ET COMES
PALATINVS CAESAREVS



VVITTEBERGAE A. C. CID ID CC XLVI

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELD
ACADEMIAE A TYPIS







BENIAMINVS LISTIVS

Reichenbacensis Variscus, Pastor Syrauiensis.

ADAMVS HENRICVS HICKMANNVS

Plauia Variscus, Pastor Taltizensis.

IO. GOTTLIEBIVS VLICHIVS

Lampertswatda Misnicus, Pastor Substitutus Reinersdorff.

IO. GEORGIUS VVEBERVS

VVahrenbrucca Saxo.

CHRISTIANVS FRVHAVFF

Leutschouia Hungarus.

IO. CHRISTOPHORVS STOCKHAVSEN

Gladenbachio Darmstadiensis Hassus.

GVILIELMVS SCHORCHIVS

Seyffartsdorffio Eisenbergensis.

CAROLVS CHRISTOPHORVS FOLGERVS

Beerendorffensis Misnicus.

GOTTLÖBIVS FRIDERICVS HOLZMÜLLERVS

Oedera Misnicus.

A 2

GOTT-

GOTTLOBIVS SEBASTIANVS MARGGRAFIVS
Belziga Saxo.

CHRISTOPHORVS FRIDERICVS IAENICHIVS
Fürstenberga Lufatus.

AVGVSTVS SCHMIDIVS
Zschopauia Misnicus.

IEREMIAS VVERNERVS
Franckenberga Misnicus.

CHRISTIANVS LIEBEGOTT VVILISCHIVS
Oberschoena Misnicus.

CHRISTIANVS LEBRECHT PETZSCHIVS
Zscheyla Misnicus.

IO. ERNESTVS AGNERVS
Trebusio Lufatus.

SAMVEL HENRICVS IVNGHANSIVS
Cranzahlenfis Misnicus.

IO. CAROLVS ROEMERVS
Magdeborna Misnicus.

GODOFREDVS SCHVFFNERVS
Mittveida Misnicus.

GOTTLOBIVS SIGISMVNDVS SCHMIDIVS
VValdenburgensis Misnicus.

GODOFREDVS GERHARD. STOECKHARDTVS
Dobra Misnicus.

IO.

IO. GOTTFRIEDVS LANGIVS

Plauia Variscus.

CAROLVS CHRISTIANVS BAVDIVS

Lipfienfis.

GOTTLOBIVS ABRAHAMVS VVIEGNERVS

Aulicenfis Mifnicus.

IO. BALTHASAR KOELLINGIVS

Nordhufa Saxo.

IO. SIGISMVNDVS HENRICVS

Offitienfis Mifnicus.

DAVID ALBINVS HVNGERVS

Freiberger Mifnicus.

IO. GODOFREDVS SICKERVS

Okrillo Mifnicus.

AVGVSTVS CHRISTOPHORVS EISFELDIVS

Helldrunga Thuringus.

CHRISTIANVS FRIDERICVS HAVPTIVS

Drefdenfis.

CHRISTIANVS FRIDERICVS PESCHECKIVS

Zitrauia Lufatus.

IO. GOTTFRIEDVS HAASIVS

Gubena Lufatus.

Nos modo, Perreuerendi ac Clarissimi Viri pariter, atque Iuuenes, in festo et solenni inaugurandorum sapientiae, et bonarum artium, Doctorum die, de immortalis memoriae D. Martino Luthero, uerba rite fecimus, incredibili sua eloquentia, eaque tum interiore, tum exteriori, sanctissimum ferme superante Paullum, sententiamque hanc Hieronymi VVelleri, doctoris theologi, Martino, arctiore conuictus octo annorum consuetudine, coniunctissimi, firmauimus. Ex illa, in illustri Ordinis Philosophi celebritate, habita Oratione nostra, dignissima quaeque commemoratu, et singularia plane, arcessere huc adeo non pudet, ut religioni sit, (*) Erasmi Alberi, sinceri et docti theologi, diuinum, de Luthero, praeceptore suo amantissimo, accuratissimumque, iudicium, in opusculo quodam Teutonico, uel huius tantum causa, auro nobis cariore, factum, non inculcandum satis, hic praeterire. Παράδοξον, siue, admirabile, dixeris, uideri, et ad credendum difficile, hominem θεοπνεύστον, id est, a solo Numine, in eloquendis minimis, edoctum, agitatumque, ab homine minus θεοπνεύστον, seu, inflatus caelestis et instinctus experte, uinci propemodum dicendi arte. Numne unquam fatalis nostras religionis aequae, ac literarum, emendator commendatus est eloquentiae summae nomine, de qua uix quidquam satis constaret ex plus centum uitae illius commentariis, nisi, in hoc, ipsi eius aduersarii Romanenses infestissimi

(*) Wider die verſuchte Here der Carlſtader, und alle fürnemſte Heubter der Sacramentiver, Nottengeiſter, Widerteuffer, Sacramentleſterer, Eſchender, Muſicaberechter, Bildſtürmer, Feiertagſeinde, und Verwüſter aller guter Ordnung, Neuenbrandenburg 1565.

stiffimi, nominatim Florimundus Raemundus, et Antonius Varillasius, scriptores Galli, non, ut nostrates, umbram aliquam, aut simulacrum, sed expressam germanae eloquentiae Teutonicæ, animorum dominatricis, ostendissent effigiem. Est aliquid, quod mirabilem sermonis copiam, facultatem dicendi proprie, perspicue, simpliciter, uarie, grauiter, ornate, notauerint Philippus Melanchthon, Hieronymus VVellerus, reliqui. Id tamen ipsum, ad imaginem a Varillasio delineatam, ualde aridum est, ieiunum, uulgare, commune cum aliis, nec certis et propriis artis oratoriae excellentis, quae tantum Luthero conuenit, distinctum notis. Inde facile intelligas, sine uitio instituti nostri, integrum historiae Gallicae locum, maxime memorabilem, quantus quantus est, apud V. L. Seckendorffium, Latine translatum, ob praecipua quaedam momenta, omitti hic nullo plane modo posse. Totidem uerbis sic ibi legitur, *perfectissima in eo, Luthero, erat eloquentia, rationis humanae et robur, et debilitatem, penitus detecerat, noueratque aditus, per quos penetrari possit. Nullo auditorum affectus tam uarii, aut inaequales, erant, quos non indagare, et sedare, aut excitare, possit, prout opus esse putabat, et, quando materiae subtiliores essent, quam ut argumentis persuaderi possit auditor, vincebat tamen eum figurarum efficacia. Hoc regnum in affectus, ex cathedra, in conuersationes etiam transferre sciebat, mouebat animos, non alterabat, suasque opiniones tacite et insensibiliter inspirabat, denique elegantia styli Germanici triumphabat in eos, quos eloquentia sua commouere coeperat, aut conuersationis amabilitate uelut incantauerat. Nemo lingua patria, nec uiuo eo, nec post illum, melius, aut delicatius, locutus est, aut scripsit. Haec haecenus Antonius Varillasius, historiographus quondam regius, non inscite. Nihilominus Florimundi Raemundi, *ἀπο-ἀτον*, attendendum est iudicium,*

*Histor. Luth.
L. I. Sect. 8
§. IIX add.*

*de haeresibus
de ortu, progressu et ruina,
haeresionum*

ius seculi, Co-
lon. CIO IOC XIV

L. I, ep. 20

um, fuit, inquit, Lutherus, singulari et facili uernaculae
linguae elegantia, nemini suae aetatis cedens. E suggestu
declamans, uelut oestro percitus, accommodata uerbis actione,
auditorum animos mirifice percellebat, et, uelut torrens, quo-
cunque uellet, abripiebat. Philippi uero tristissima uox,
cum mortui incueretur imaginem, ita fertur erupisse, ful-
mina erant linguae singula uerba tuae, Periculis fortasse
reminiscentis, cuius oratio quamuis dicatur fulgurare et to-
nare, ipsius tamen in labris Πειθοῦ, id est, Suada, sessitauisse
memoratur, de quo plura nos admonet Plinius, huc, ad he-
roem nostrum, apposite accommodanda. Vnius Iusti Ioniae,
quo, teste VVellero, nemo Megalandro erat amicior, nec
iucundior, nec carior, subit recordatio, qui ipse dicendi
peritissimus pariter, atque in scriptis eiusdem, cum Lati-
nis, tum Teutonicis, uertendis, singulari ingenii prae-
stantia, exercitatissimus, felicissimusque, Lutherum, in sa-
cro sermone funebri, domestico quodam uocabulo gran-
dis ponderis ac momenti, *einen ueslichen gewaltigen Redner*,
seu, Latina loquendi forma Quintiliani, oratorem poten-
tissimum, appellat. Ceterum uix ullus, post hominum
memoriam, facile extiterit, cuius uita a tot scriptoribus,
quos Io. Albertus Fabricius, in *centifol. Luther.* centum
quadraginta duos passim numerat, literarum monumen-
tis fuerit consignata, praeterquam nostras Martinus. At
uero non tam mirere numerum mirabilem, quam, tanto βιο-
γραφῶν numero ne unum quidem comprehendi, qui animi,
corporisque, habitum ita depinxerit, ut, uiuentem nobis,
credere possēmus, redditum, nosque eius faciem, nostris o-
culis, cernere, tanquam praesentis. Graeci hoc uocant χα-
ρακτηρισμὸν, unde χαρακτῆρισμός, egregium rhetorum dicen-
di adminiculum, oritur, quod in Φαντασία, artis cum pri-
mis oratoriae fundamento, innititur, de qua Quintilianus,
in *Institut. Orator.* et Dionysius Longinus, περὶ ὑψους, non, ni-
fi

si eximie doctis, nota tradunt. Praeter reliquos historicos antiquos, id laudis praecipue Velleio Paterculo contingit, ut, pictoris in morem, notis naturae cuiusque propriis, quos elogiis prosequitur, designet, Liuium haud obscure imitatus, testantibus non unis similibus formulis loquendi. Sane, ex ueteribus, magnorum imagines uiro- rum, eruditae artis coloribus, et penicillo, insignius pinxit nemo laudato scriptore. Idcirco dignus est uisus Io. Henr. Boeclero, CL. v. ex quo *characteres politicos*, ut inscribitur aureolus, exquisitoris prudentiae plenus, libellus, formaret. Porro ad oratoris absolutionem perfectionemque non sufficit exaggerata supra, in Luthero, ab isto Gal- lorum pari, animis dominandi uis et potestas, qua eos tra- xerit, duxeritue, quocumque uellet, sed potissimum ad o- ratoris naturam pertinet, ut sit uir bonus, non tam secun- dum philosophiam ueterum profanam, quam ad sensum Spiritus S. qui non, nisi in scriptura diuiniore, aperitur. Equidem minus negauerim, Raemundum, puriorum deser- torem sacrorum, et Varilladium, et τὸ ἡθικὸν, et τὸ παιθητικὸν, seu, summum et conciliandi animos, et concitandi, artificium, ue- ritate coactos, ipsos demonstrare in Luthero, sed boni uiri mentionem, dedita opera, intermittunt, sine quo tamen orator ne fingi quidem potest. Nos id, quod, pessimo consilio, infensissimi dissimularunt hostes, curabimus, ut in lucem proferatur, sigillatim officium boni uiri, profana morum disciplina, adstrictius angustiusque, tot dilatetur modis, quot Christianis uirtutibus locupletetur. Dabitur, speramus, uenia, ut Er. Alberi, doctoris theologi, in Martini scholis uersatissimi, admirabilem, et ingenii copiis circum- fluentem, oratoris nostri descriptionem uernaculam, diui- na eloquentia, si θεοπνευστικῶν excipias, Paulo non inferioris, immo tantum non superioris, ad uerbum, huc, sine ullo

B

con-

contextus, aut rationis scribendi, detrimento, interposita, hinc, illinc, eius ~~enunciet~~, et aliis non iniucundis, certe nunquam sic auditis, nunquam lectis, repetamus. Veremur enim merito, ne, Latine reddendo Teutonica, aut in peius, aut in melius, aut in maius, aut in minus, mutasse quid, uel grauitatem sententiarum, uerborumque pondera, diuersa peregrinae linguae indole, haud satis affecti, uideamur. Praeerea, si liceat Graeca immiscere Latinis, saepe etiam apud non intelligentes Graeca, quidni liceret inferere Celtica, seu Germanica, multo uerustioris matris Graecae, Latinae, et reliquarum, uerba apud intelligentes. Audiamus itaque Albertum in conclusione, libelli, contra Carolstadium, et affectas pestiferos, pro Luthero, prope est, ut dicam, diuinius, hunc in modum, quasi perorantem, *D. Martinus ist der rechte Man, der wol verdeutschten kan, Er ist ein rechter Teutscher Cicero, Er hat uns nicht allein die ware Religion gezeigt, und alle stunde mit Gottes Worte gezieret, Sondern auch die Teutsche Sprache reformiret, und ist kein Schreiber auf Erden, der es jm nachthun kan.* Alio loco idem differit, *Unser HErr GOtt hat auch die Teutsche Sprache durch D. Martinum erleuchtet, das, so lange die Welt gestanden, nie kein Mensch besser Teutsch geredt, noch geschrieben hat, denn D. Martinus.* Pergit perspicax morum explorator, *wenn D. Martinus ein Buch ex tempore schriebe, so lies ers nicht wieder abschreiben, wer es darnach getruckt laese, der must bekennen, wenn alle Schreiber zusammen gethan, und viel Zeit mit boechstem Fleiss darüber zubracht betten, so were es doch nicht halb so wol und fein gesetzt gewest, desgleichen wenn jm seine Lectione und Predigten nachgeschrieben; und gedruckt waren, wer dieselbige laese, der kunte sich nicht grug verwundern, so meisterlich war es ex tempore geredt. Ist die Hauspostill nicht ein schoen Buch? Dieselbige Predigten hat der fromme M.*
Virus

*Vitus D. Martino aus dem munde geschrieben. Lese einer seine
 auslegung, über das 14. 15. 16. und 17. Cap. Iohannis, so wird er sa-
 gen, habe ich doch mein lebenlang schoener, holdseliger, lieblicher
 Dinge nie gelesen, Habe ich doch besser Teutsch nie gesehen. Mit
 diesem Buche und dem lieben Psalterlein vertriebe ich die boese
 Zeit zu Magdeburg, als die Statt belagert war. Ja einen solchen
 man wolte unser HErr GOtt haben. — Alle seine Bücher hat
 er mit eigner hand geschrieben, darzu jm GOtt so ein gut gedech-
 nis geben, das man seines gleichen wenig fand. — Lutherus
 erat humanissimus, non erat Philonicus. Post haec Erasmi,
 Germanice loquentis, uerba, animus nunc referatur ad in-
 trospiciendas penitus eas, quae sequuntur, necessarias pror-
 sus boni uiri dotes, quibus ornatissimus sit, oportet, orator
 pius. Intendit idem dictionis neruos, *Er war ein feiner, wohl-
 beredter, freundlicher, holdseliger, ernstbafftiger, wahrhafftiger,
 gehertzter, züchtriger, Kostfreyer, froelicher Man, dem alles wol
 anstund, was er thete, kundt in allen Dingen weisigkeit haben,
 redet kein vergeblich Wort, den halsstarrigen war er schreck-
 lich, den Bloeden troestlich. Wenn er gefragt ward um rechten
 Verstand eines Wortts oder spruchs in der heiligen Schrifft, als-
 bald war er mit der antwort fertig. Wenn er umb Rath gebeten
 ward, von stund an gab er so guten Rath, als bette er sich ein lange
 Zeit darauf bedacht, und war so wohl gerathen, das man leicht-
 lich spüren kundt, der heilige Geist were der Meister und Rathgeber
 gewest. Er war nicht stoerrig, subre niemand murvrisch an, gab
 freundliche antwort, und guten bericht, war kein spoetter, son-
 dern hatte mitleiden mit der einfeltigen thorheit, oder unver-
 stand, halff gern, gab gern, leyhete gern, dienet iederman gern,
 beyde mit Rath und that, vvorten und wvercken. Aus seinem
 Gespreche über Tisch, lernte man so viel, als aus einer Predigt,**

welches D. Urbanus Regius bezeuget in einem Brieffe, der also laut,
Zu Coburg habe ich ein gantzen Tag mit dem Manne Gottes zu-
gebracht, derselbe ist mir in diesem Leben der frolichste und lustigste
gewest, So ein grosser Theologus ist er, das die Welt seines gleichen
keinen hat. — D. Martinus ist der groeste, in meinem Herzen,
denn ich habe ihn nun gesehen, und von ihm geboert, das man mit
schreiben nicht begreiffen noch ausreden kan etc. In eim andern
Brieff schreibt D. Urbanus Regius also, dafür halte ichs, das nie-
mand D. Martinum bessen koenne, der ihn kenne. In seinen Bü-
chern spüret man wol seinen Geist, aber viel bass wird derselbe er-
kandt, wenn man ihn selbst von goettlichen Sachen boeret reden,
da wird man müssen bekennen, das er viel ein groesser Man ist,
denn man von ihm schreiben oder sagen kan. Ich habe gesehen,
wie grosse Gnade in dem Menschen ist, Ich sage, wie mirs umbs
Herz ist, und liege nicht, unser viel schreiben Bücher, was sind wir
aber gegen diesem Mann? Schüler sind wir, er ist und bleibt wohl
ein Meister, das weis ich. Ich kenne ihn nun bass, denn zuvor, ehe
denn ich ihn gesehen hatte. Er ist ein sonderlich Werkzeug des
heiligen Geistes, und hat einen Apostolischen Geist. Hactenus
Urbanus Regius. D. Martinus war auch ein rechter Prophez,
und seine Weissagungen sind viel erfüllet, und werden noch täg-
lich etliche erfüllet. Ich habe seine Propheceyen viel aufgeschrie-
ben, Er wist, das sich kein Krieg des Evangelii halben in Teu-
schen Landen, biß nach seinem Todte, erheben würde, denn er war
ein man Gottes, dem Gott sein geheimniß und Willen offenba-
ret, — Er war ein Man, der Gottes Zorn auffhalten kunde,
keiner kunde vleißiger und ernstbafftiger beten, und Gott anruf-
fen, keiner kunde besser troesten, keiner kundt besser predigen,
Er prediget auch nie über ein Stunde, unterweilen nicht ein gantze
Stund, wist zu rechter Zeit aufzuhoeren, denn aus langen predig-
ten

ten leynet man nicht viel, darum auch Horatius sagt, Quicquid praecipies, esto brevis, ut cito dicto percipiant animi dociles, teneantque fideles. Wenn ein boeses geschrey kam, daß für sich iederman entsetzet, wie uns die Papisten überziehen wolten, so fürchte er sich nicht, und sein Hertz hohlet unverzagt auf den HErren, Psal. 112. Er war ein Man ohne falsch, lügenern und zuweyzüngigen vvar er gram, aufrichtigkeit hatte er lieb, den Geitz hohlet er, dem hohlet vvar er feind, Trunckenheit und unzucht vvar jm unbekandt. Man spüret an jm keinen Zorn, ohne vvenn er zu felde lage gegen den Papisten und schovermern, da sahe man des heiligen Geists, und nicht eines menschen zorn. Ein fein klar und tapffer Gesicht, und Falckenaugen hatte er, und war von gliedmassen ein schoene person. Er vvar ein guter Musicus, hatte auch eine feine belle reine stimm, beide zu singen, und zu reden, vvar nicht ein grosser schreyer, die edele Kunst der Maler und Organisten, und dergleichen, hatte er lieb. In summa, da unser HErre GOtt den Römischen Widerchrist angreiffen und stürzen, und das klare, herrliche Licht seines Evangelii, der Welt offenbaren vvolte, da erwählte er jm einen Man nach seinem hertzen, und gab jm zu solchem grossen Werck, dergleichen, nach der Aposteln Zeit, auf erden nie gesehen, alle diese schoene gaben. Deus elegit sibi talem uirum, tot bonis donis exornatum. In einem buch D. Martini find man mehr kunst und guter Leve, denn in allen Büchern, die nach der Aposteln Zeit geschriben und fürbanden sind. Cuncta Alberi effata, tanquam oracula, hactenus putaueris, cuius memorabile prorsus iudicium, cum Urbano Regio, Io. Schuzius, sacerdos Riestedenensis, in comitatu Mansfeldensi, libro Teutonice, A. MDCLXXX, edito, confirmat, omniaque, ante narrata, summa tanti herois, et coelo quasi donati, uereque diuina animi, corporisque, decora, in ipso Luthero, coram uidit, A. MDLXXXVI et VII, habuitque comperta. Χαρακτήρι illo quid ingeniosius, quid neruofius,

Inscrib. Serpens antiquus, p. 365 seqq.

quid plenius, esse possit, cui sane nec quisquam Graecorum, Romanorumque, fecerit paria, paribusque responderit *χαριστημοῖς*, siue, notis omnino insignibus, quibus totus homo, uel de facie, reddatur cognitus. Cedo, si poteris, geminum descriptionis exemplum, aut ex Plutarchi *Παραλλήλοις*, aut ex Liuiio, aut ex Velleio, aut ex alio quocunque scriptore, Graeco Latinoue, qui informandi depingendique praestent arte. Ludus sunt et iocus, ac uix minimi momenti instar habent, si qua illorum comparaueris cum Erasmi Celticis dicendi formulis. Hae uerbis singulis, et coniunctis, constant, iisdemque lectis, illustribus, ornatis, et rem optime declarantibus. Ex tot tantisque praeconiis Alberi, Martino impertitis, arripiamus eloquentiam, quemadmodum ex Florimundo Raemundo, et Antonio Varillasio, peregrinis scriptoribus, et iis non omni quidem exceptione maioribus, cum nostris tamen *αὐτόπταις*, testibus, ut a Plauto uocantur, oculatis, Urbano Regio, Er. Albero, et Io. Schuzio, coniunctis, satis comprobauimus. Quod si uera hi testantur, non dubium est, Lutherum Paullum, extra *ῥεσπενστίαν*, eloquendi exteriore saltem ui superare, cum

ne hic ipse, in *altera*, ad Corinthios, epistola, obiectam sibi et corporis imbecillitatem, et orationis indignitatem, de se, haud diffiteri uideatur, cumque, e contrario, ille eximiae heros formae, naturam nactus beneficam sit, in tribuenda sibi praecipua membrorum specie et statura, apposita ad dignitatem, qua alios in amorem sui pelliceret, alios tereret. Eloquentiam Martini illustrent maxime decorus, hilis et heroicus uultus, oculique fulminantes, seu, ut Germanica grauius quid sonant, et prouerbum a falconis, auis uisu rapacis, ductum, in se continent, *ein fein, klar, tapfer Gesicht, und Falckenaugen*. Nisi id non uulgaris naturae contemplator Erasmus noster, praeter ceteros, obseruasset, nesciremus causam admirandorum tot effectorum, nec

Ludo-

Cap. x, comm.
10

Ludouicus Maimburgius, Ignatianus sacerdos, apud Seckendorffium, ipse, nec quisquis alius, exponere posset, quid, uox illa Latina, *oculis penetrantibus, et igne plenis*, itemque, *aspectu ferum, esse*, sibi uellet. Nonne distinctius explicati- utque, cum alii sint lyncei, alii aquilini, alii miluini, alii falconis, uulgari Germanorum uerbo, *Falckenaugen haben*, ab Apuleio perspicaces dicti, sic efferuntur propterea, quod hominis sensus odorandi, cernendi, audiendi, alii, ab animantibus superantur longe, et prouerbiis, ab aquila, uulture, talpa, reliquis, sumtis, exaggerantur. Bone Deus, quantum non maiestatis, dicendum enim, quod res postulat, residet illius in oculis, totoque uultu, ut sicario isti, uim ac manum iam iam illaturo, pavor accideret tremorque. Testem habemus locupletem, Gotschalcum Praetorium, in cuius Oratione Latina, de Io. Scheyringio, ICro haud ignobili, et *Cancellarii* Megapolitani dignitate splendido, A. CIOCLV, recitata, legimus relatum, nominatum modo Scheyringium Martino, una cum socio quodam, corporis custodem, comitem et defensorem, a tot insidiis, hic, VVittebergae, uitae suae structis, clam fere omnibus, a Principe EL. datum fuisse ac delegatum. Videlicet ex commendato supra auctore, fide digno, Praetorio, constat, commoratum, intra moenia nostra, hominem non neminem, insidiatorem, a nequissimis hostibus, mercede conductum, eundemque uersatum aliquandiu cum Luthero, conciones ipsius frequentasse sacras, occultissimis- que modis fatalem captasse temporis articulum eius interficiendi. Affulgente, ut sibi uidebatur, tandem aliquando fortuna, ubi nunc in eo esset, ut, pro Dei hominumque fidem, sceleratum, idque animo diu uolutatum, exequeretur consilium, *maiestate*, pergit orator, *maiestate*, inquam, et diuinis, sine dubio, corporis doribus, in stuporem raptus, torusque consternatus, abstinuit manus, et praefectum ar-
cis

Fig 5734 BK

L. VII c. 33

cis adit, Io. Mecium, atque ei, cautione fidei suae interposita, aduersariorum detexit machinas, et insidias aperuit penitus abstrusas. Qua re factum, ut, sicut iam paullo ante ostendimus, Luthero, quanquam magnanimo, nec de uita sua metuenti, Principis uoluntate, Scheyringius, et alius, cuius nomen omittitur, in praesidium ipsi adiungeretur auxiliumque. Quam prouidentiae diuinius historiam, de Martino, testantem uultus uim, maiestatis pleni, sigillatim oculorum, qui, non ferendi, ardere uisi sunt aduersariis, haud secus, ac Romanorum Samnitibus, apud Liuium, ex liquidis iuuat hic enarrare fontibus. Ad te denique, praepotens Deus, auctor Academiae nostrae, ac stator, conuertimur, cuius incredibili prorsus beneficio euenit, sanctum hoc Lutheri, atque inuiolatum adhuc, domicilium, ex nupero horribili impetu Martis, eiusque, Saxonum terris uastitatem minitantis, ore ac faucibus, intra unius spatium mensis, non sine portento, prodigioque, et exardescentis fere simul, et extincti, furoris bellici, ut eriperetur atque seruaretur. Tibi, tibi, misericors Numen, supplices atque immortales debentur gratiae, quod, salua nostra republica literata, rariore Candidatorum fortunata numero, Ordinis Philosophi solennia, more institutoque maiorum, inaugurandis sapientiae, et bonarum artium, Doctoribus destinata, in alto Musarum otio, procul ab omni armorum strepitu, bene et feliciter fuisse celebrari. Vobis uero, Perreuerendi ac Clarissimi Viri pariter, atque Iuuenes, gratulamur ex animo merita et ornamenta, et praemia, precati, hortatique, ut perceptis his factae pacis fructibus, quasi primitiis, ad nullam non temporis, ut initio luctuosissimi, ita euentu laetissimi, memoriam, oblectemini semper, atque rebus prosperis, et ad uoluntatem uestram fluentibus, Deo bene iuuante, gaudeatis. P. P. Calendas Maias, A. C. CIO IDCC XLVI

m.e

ULB Halle
006 568 05X

3



VD18







DK. 190.
DK. 190. 36

Vg
5734

Q. B. V.
RECENS CREATIS XXXII
SAPIENTIAE ET INGENVARVM ARTIVM
DOCTORIBVS
SVMMA HONORVM ORNAMENTA
GRATVLATVR

SIMVL ET
OB VINDICATVM A BARBARIA
PHILOSOPHIAE DECVS
D. MARTINI LVTHERI
DIVINA SVA ELOQVENTIA IN VVLGVS IGNOTA
DIVVM FERRE SVPERANTIS PAVLLVM
MEMORIAM CARPTIM REPRAESENTAT
GEORG. GVIL. KIRCHMAIERVS
OTENTISSIMI SAKMATARVM REGIS AC PRINCIPIS
EL. SAXONVM CONSILIARIVS GRAEC. LITER. PROF. P
H. T. ORDIN. PHILOSOPHOR. DECANVS ET COMES
PALATINVS CAESAREVS



VVITTEBERGAE A. C. CIO IO CC XLVI

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS